

DE BATA = 107

VIS EX CHILIADIBVS
ERASMI.

AVRIS BATAVA.

Quemadmodum Græci dicunt, *Βιω*
ου δους, id est, Bœoticā aurem, pro
pingui crassaq;. Itidem Martialis epigrā
matum libro sexto, Batauam aurem dixit
agrestem, inelegantem, tetricamq;.
Tu ne es, tu ne, ait ille Martialis,
Cuius nequitias iocosq; nouit,
Aurem qui modo non habet Batauam.
Sic em̄ legit Domitius Calderinus, quan
quam nonnulli mutarant, pro Batauam,
seueram. Erant Bataui Germaniæ popu
li, Cathorum pars, qui domestica seditio
ne pulsī, extrema Gallicæ oræ uacua cultor
ibus, simulq; insulam inter uada sitam oc
cupauere: quam mare oceanum a fronte,
Rhenus amnis tergum ac latera circunlu
it. Gens tum bello ualida, ut quæ Germa
nicis bellis esset exercitatissima: tum opi
bus pollens, quod Romana militia nō ex

hauriretur, quandoquidem erat his cū im-
 perio societas, ut uiros tantum armaq; mi-
 nistrarent: quemadmodum copiosius pro-
 didit Cornelius Tacitus libro uicesimo.
 Conuenit inter plerosq; doctos, nec id re-
 fragantibus coniecturis, eam insulā, cuius
 meminī Tacitus, esse quam nunc Hollan-
 diam uocant, terram mihi semper & cele-
 brandam, & uenerandā, ut cui uitæ huius
 initium debeā. Atque utinam illi nos tam
 possimus honestamento uicissim esse, quā
 illa nobis non est poenitenda. Nam quod
 Martialis eam gentem rusticitatis insimu-
 lat, quod eandem Lucanus trucem uocat:
 aut nihil ad nos pertinet, aut etiam laudi
 uertendum arbitror utrunque. Siquidem
 quæ gens non aliquādo fuit rudior? Aut
 quando Romana gens laudatior, q̄ cum
 præter agriculturam & militiam, nihil ar-
 tium nosset? Quod si quæ quōdam in Bas-
 taos dicta sunt, cōtendet aliquis ad huius
 us temporis rationem pertinere, quæ ma-
 ior laus Holladiæ meæ poterit tribui, q̄ si
 dicatur a Martialis iocis abhorrere, quos
 etiam ipse nequitias appellat? Utinamq;
 Christianis uel omnibus aures essent Bas-

tau
 aut
 pe
 ca
 ag
 da
 la
 ca
 B
 A
 al
 ta
 ri
 &
 gr
 lu
 to
 mi
 qu
 id
 on
 bil
 nic
 te
 gio
 bili

fauæ, quo pestilentes eius poetæ facetias,
 aut non admitterent, aut certe his non ca-
 perentur. Quod si quis id rusticitatem uo-
 care uelit, nos conuicium haud illibenter
 agnoscimus: uidelicet, cum integris Lace-
 dæmonijs, cum priscis illis Sabinis, cum
 laudatissimis Catonibus commune. Lu-
 canus autem (opinor) ita truces appellat
 Batauos, ut Vergilius acrem Romanum.
 Alioqui, si mores domesticos spectes, non
 alia gens est ad humanitatem, ad benigni-
 tatem propensior: cuius minus adsit uel fe-
 ritatis, uel truculentiæ. Ingenium simplex,
 & ab insidijs, omniq; furo alienum, nullis
 grauibus obnoxium uitijs, tantum ad uo-
 luptatem, præcipue cõuiuiorum, aliquan-
 to deditius. Cuius rei causam esse puto,
 miram rerum omnium exhuberantiam,
 quibus uoluptatis studium irritari solet:
 idq; partim ob commoditatem importati-
 onum, quod non solum occupat duo no-
 bilissimorum fluminum ostia, Mosæ Rhe-
 niq;, uerum etiam quod aliquanta sui par-
 te Oceano alluitur: partim ob natiuam re-
 gionis hubertatem, ut quæ passim nauiga-
 bilibus ac piscosis interluatur fluuijs, pas-

scuis huberrimis abundet. Ad hæc auium
 infinitam copiam paludes saltusq; sup-
 peditant. Proinde negant aliam inueniri
 regionem, quæ simili spatio, tatum oppi-
 dorum contineat, mediocri quidem ma-
 gnitudine, sed incredibili politia. In do-
 mesticæ supellectilis nitore, palmam uni
 concedunt Hollandiæ negociatores, qui-
 bus pleraq; pars orbis est peragrata. Me-
 diocriter eruditorum, nusquam gentium fre-
 quentior numerus. Ad exquisitam erudi-
 tionem, præsertim antiquam, quod non per-
 inde multi perueniant, aut uitæ luxus in
 causa est, aut quod apud illos plus hono-
 ris habetur egregiæ morum integritati,
 quam egregiæ doctrinæ. Nam ingenium
 non esse negatum illis, plurimis constat
 argumentis, quanquam mihi sane quam
 mediocre contigit, ne dicam exiguum, ut
 cætera pleraq;.

hæc autem
tusq; sup
m inueniri
itum oppis
uidem ma
itia. In do
almam uni
atores, qui
grata. Me
gentiū fres
itam erudi
iod nō per
tæ luxus in
plus hono
integritati,
n ingenium
mis constat
sane quàm
exiguum, ut

D
G
BV
Ger
m